



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De virginibus sacris quæ parentibus priuantur. lxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

inueniens, de deceptione religiosi habitus, quod absit, valeat exultare.

Quod res ecclesiasticae ad laicos disponenda non respiciant. Cap. LXXI.

Synodali decreto sancitum est, ne laici, vel seculares de *Ex cōcil. apud Cōpendium, cap. 10.*
 uiris Deo dicatis, & ecclesiasticis facultatibus, aliquid ad se putent, vel praesumant praeter reuerentiam pertinere, quorum quarumque sacerdotibus disponendi indiscusse a Deo cura commissa docetur. Si quis contra haec venite praesumpserit, anathemate feriatur.

De eadem re. Cap. LXXII.

De uiris Deo dicatis, vel ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi, nulla legitur laicis, quanuis religiosi, vnquam attributa facultas. *Ex eodē, cap. 3.*

Ut abbates ad synodum ire non cogantur, nisi pro rationabili re. Cap. LXXIII.

Episcopus nō debet abbatem cogere ad synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa consistat. *Ex cōcil. Turonē. cap. 11.*

Ut congregationes monachorum sine collaudatione episcopi fieri non liceat. Cap. LXXIII.

Cellulas nouas, aut congregatiūculas monachorum, absque notitia episcopi prohibemus institui. *Ex cōcil. Epaonēsi cap. 10.*
De uirginibus sacris, quae parentibus priuantur. Cap. LXXV.

Vt uirgines sacrae si parentibus a quibus custodiebantur, priuatae fuerint, ab episcopo custodiātur. Vbi autem episcopus absens est, prouidentia grauioribus foeminae commendetur, ut simul habitantes inuicem se custodiant, ne passim vagando, Ecclesiae laedat existimationem. *Ex cōcil. Africae, ca. 11.*

Qui religiosis foeminis praeponeendus sit. Cap. LXXVI.

Qui religiosis foeminis praeponeendus sit, ab episcopo probetur. *Ex cōcil. Carthagi. ca. 97.*

De sanctimonialibus quid in claustris facere debeant. Caput LXXVII.

Sanctimoniales in monasterio constitutae habeant studium in legendo, & in cantando, & horas canonicas solui. *Ex cōcil. Mogūti. cap. 6.*